Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



lucem habebis eternam in lucem ut filij lucis sitis. In vigilia
Beatus qui meruit sapientiam. Regula xi. mense. mathei apli.
In illo t. Vidit ihs publicanum nomine leui
sedentem ad theloneum & ait illi. Sequere me. Et relictis om
nibus surgens secutus est eum. Et factum est dum recumbit in domo sua. Et ecce multa publicanorum & aliorum
qui cum illis erant discumbentes. Et murmurabant pha
risei & scribe eorum dicentes ad discipulos suos. Quare cum
publicanis manducatis & bibitis. Et respondens ihs
dixit ad illos. Non egent qui sani sunt medico. sed qui male ha
bent. Non veni vocare iustos sed peccatores in penitentiam.
Fr. Vnicuique uirtus data est gratia. secundum mensuram donationis christi. In die sci
In illo t. Vidit ihs hominem sedentem in theloneo. s. matheum
matheum nomine. & ait illi. Sequere me. Et surgens secutus est
eum. Et factum est discumbente eo in domo ecce multi publi
cani & peccatores venientes discumbebant cum ihu & di
scipulis eius. Et videntes pharisei dicebant discipulis eius.
Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magister uestr.
At ihs audiens ait. Non est opus ualentibus medicus sed male
habentibus. Euntes autem discite quid est misericordiam uolo. & non
sacrificium. Non enim veni vocare iustos sed peccatores. Michaelis
In diebus illis factum est prelium archangelus t. A. Johis apli
magnum in celo. Michael & angeli eius pugnabant cum draco
ne. Et draco pugnabat et angeli eius. & non ualuerunt. neque
loci inuentus est eorum amplius in celo. Et proiectus est ille ma
gnus serpens antiquus. qui uocatur diabolus & sathanas. qui
seducit universum orbem. Et proiectus est in terram. & angeli eius
cum illo missi sunt. Et audiui uocem magnam de celo dicentem.

266